

sapē, de elect. c. Vi officium, de heret. & c. 1. De sent. excomm. in 6. Et sequitur Dec. cons. 164. Viso tenore in princ. dicens sic servari de stylo curia; & similiter testatur de communi, post Jo. de Ann. cons. 56.

Hactenus ostendimus decretum Concilij Tridentini, in d. c. 10. sess. 23. frustra oppugnari ex hoc capite, quod Septimæ Synodo generali, aut privilegij Canonum non derogaverit.

49 Sed alij paulo modestius non audent affirmare decretum illud esse nullum, sed dicunt in eo non comprehendi Abbates, qui habent jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem in Parochos, & Parochianos privative ad Episcopum; ita Stephanus Gratianus discept. forens. tom. 2. c. 212. per tot. & alij recentiores. Sed hanc quoque opinionem falsam esse probavimus in c. Significasti, infra de off. Archid. ubi plenè videas.

An autem constitutio edita à Papa in generali Concilio dicatur Conciliaris quoad effectum derogationis dixi latissimè in c. Ex parte, de Capell. Monachor.

DE RESCRIPTIS.

Cap. Ad audientiam.

SUMMARY.

- 1 Imperans an teneatur facere mentionem de litteris ad beneficia prius renunciatis.
- 2 Imperatio beneficij vacantis non facta mentione receptionis vigore litterarum advocatur, valet si receptus velit renunciare iuri, quod habet ex priori receptione.
- 3 Imperans non tenetur facere mentionem de beneficio iam resignato.
- 4 Expectans potest renunciare litteris imperatis, & eorum commodo non solum expresse, sed etiam tacite.
- 5 Expectans nullum contrahit vinculum spirituale cum beneficio, quod expectat, nec habet ius in re.
- 6 Expectans an possit renunciare litteris pro pecunia sine labe simonie, & num. seq. usque ad n. 13.
- 7 Littera ad beneficia an conferant ius spirituale, & num. seq.
- 8 Expectans non consequitur ius in re, nec ius ad rem, sed ius quoddam preparatorium ad beneficium obtinendum.
- 9 Ius consequitur ius ad rem.
- 10 Et quamvis non habeat ius spirituale completivè; habet tamen initiativè.
- 11 Simonia non committitur si purè renunciatur litteris ad vacaturam, & postea reservetur renuncianti annua pensio.
- 12 Dummodo tamen hoc explicetur autoritate superioris.
- 13 Simoniacum non est in pactum deducere etiam in spiritualibus ea, que precipiuntur à iure, dummodo deducantur eo modo, quo tacite insunt, num. 17.
- 14 Expectans non potest secundum beneficium adipisci, nisi renunciet litteris.
- 15 Beneficium secundum volens obtinere potest in pa-

ctum deducere resignationem primi.

- 16 Propter concursum iuris quandoque quid amittitur ad naturam alterius.
- 17 Simoniacum est ex pacto sepulture an eligere in eo loco, in quo quis de iure sepeliri debet.
- 18 Item deducere in obligationem civilem, id quod debetur naturaliter tantum.
- 19 Simoniacum an committat qui debitori suo dat aliquid spirituale ut quod suum est recuperet.
- 20 Littera beneficiale subreptiva sunt ipso iure nulla.
- 21 Et de factio revocari debet quicquid illarum vigore intentatum est.
- 22 Processus habitus per litteras subreptivas est ipso iure nullus, & potest detecta subreptione quandoque revocari.
- 23 Beneficium possideri non potest, nisi canonice habeatur.
- 24 Littera in beneficij per subreptionem obtenta est loci tuta.
- 25 Tacita conditio de seclis impedit litteras ne producantur in esse.
- 26 Subreptio vitiat privilegia, & beneficia Principum ipso facto.
- 27 Subreptio vitiat litteras gratiosas, etiam si ignoranter, & per simpliciter fuerit subreptum.
- 28 Littera contentiose per subreptionem non vitiantur ipso iure, sed annullari debent ope exceptionis.
- 29 Rescriptum subreptivè impetratum ob taciturnitatem primi non est nullum.
- 30 Processus in vim litterarum subreptiviarum ad lites valet parte non opponente.
- 31 Rescriptum subreptivum tribuit iurisdictionem, si de subreptione oppositum non fuerit, & n. 38.
- 32 Littera contentiose super beneficij quoad subreptionem regulantur sicut alia littera contentiosa.
- 33 Processus super executione litterarum beneficiorum habitus per iudicem principaliter deputatum super contentione beneficiale valet, si de subreptione non fuerit oppositum.
- 34 Processus habitus coram excoctore litterarum beneficiorum subreptivè impetratarum an valet, & n. seq.
- 35 Excoctor cum assumit partes iudicium indicatur de eo sicut de iudice.
- 36 Processus venit accessoriè ad gratiam, & ideo vitiatur ad limites ipsius gratia.
- 37 Subreptio cur magis insiciat litteras gratia, quam iustitiam.
- 38 Iurisdiclio an tribuatur per litteras subreptivas.
- 39 Falsa littera nullam conferunt iurisdictionem.
- 40 Pensio an sit beneficium, & veniat beneficij appellatione, latissimè examinatur usque ad n. 121.
- 41 Pensionum dua sunt species.
- 42 Pensio cessante fraude super fructibus Ecclesie constituitur potest nomine beneficij.
- 43 Beneficium super alio beneficio creari potest, dummodo id fiat sine labe simonie, & absque scissura beneficij.
- 44 Pensio, que in titulum beneficij assignatur, verè, & proprie est beneficium Ecclesiasticum.
- 45 Et diffinitur sicut beneficium.
- 46 Item de illa fieri debet mentionis litteris, sicut de beneficio.

Item

- 47 Item simoniacum est pro ea obtinenda pecuniam dare.
- 48 Pensio quid sit, & unde dicatur, & n. seq.
- 49 Pensio pendet formaliter à beneficio, à quo detrahatur, sicut usus fructus à proprietate.
- 50 Pensio, qua simpliciter constituitur super fructibus Ecclesie, & alicui assignatur autoritate superioris, an sit beneficium, & beneficij nomine intelligatur, & seq. usque ad n. 74.
- Referantur authores, & argumenta pro opinione affirmativa. ibid. & n. seq.
- 51 Pensionis faciendū est mentio in litteris ad beneficia, sicut & beneficij.
- 52 Pensio representat ipsum beneficium.
- 53 Dicitio, alius, implicat similitudinem.
- Nisi per alia iura declaratur aliquid non esse simile. num. 56.
- Item denotat diversitatem in supposito, & identitatem in substantia, & est implicativa eiusdem generis. n. 55. & 65.
- 54 Nullum simile est idem.
- 55 Subrogatum sapit naturam eius, cuius loco subrogatur.
- 56 Sed non est idem cum subrogato.
- 57 Patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, quamvis beneficium representet, non tamen est beneficium.
- 60 De Presimonia an debeat fieri mentio in litteris, & num. 62.
- 61 Hospitalitas sit beneficium, anve de eo in litteris sit faciendū mentio, & n. 63.
- 64 Referantur authores, & fundamenta pro sententia negativa.
- 65 Pensio non includitur in mandato de providendo alicui de beneficio usque ad certam summam.
- Intellectus c. Quamvis, de preben. lib. 6. ibidem & n. seq.
- 67 Beneficium curatum in mandato de providendo non comprehenditur beneficij appellatione.
- 68 Ecclesiarum civitatis appellatio in litteris beneficiabilibus non includitur Cathedralis.
- 69 Pensio ex stylo Concilij Tridentini non habetur pro beneficio, & n. 130.
- 70 Dicitio, verò, est adversativa procedentium, & adversatur in iure, & in facto.
- 71 Pensio est stipendium mere temporale nihil habens spirituales annexam, & cadere potest etiam in laicum, & n. 81. & 128.
- 72 Item potest pretio constitui, transferri, ac redimi sine labe simonie.
- 73 Nec de illa fieri debet mentio in litteris.
- 74 Pensio, que hodie ex stylo assignatur loco beneficij, an sit beneficium Ecclesiasticum, & veniat illius appellatione, & n. seq. usque ad n. 121.
- 75 Non est quid mere temporale, sed spirituale, vel spirituales annexam, & preæquirat clericatum in litteris beneficij, & n. 81.
- 76 Nec reservari debet nisi in habitu Clericali, & consura incedentibus, præterquam si non excedat sexaginta ducatos auri de Camera.
- 77 Clericatus tamen requiritur, etiam si pensio sexaginta ducatos non excedat.
- 78 Laico reservari non potest nisi per Papam.
- 79 Pensionarij olim non tenebantur ad horas; sed hodie ex constitutione Pij V. obligantur ad officium parvum B. M. Virginis.
- 80 Pensio datur hodie propter officium, sicut beneficium.

- 81 Et in Rotæ auditorio receptum est ut non sit quid profanum, sed annexum spirituali.
  - 82 Simoniacum est pensionem constituere, vel transferre, aut redimere pecunia interveni.
  - 83 Pensio extinguatur non potest anticipatis solutionibus sine autoritate Pape.
  - 84 Gratis tamen remitti, & condonari potest in totum, vel in parte, simpliciter, vel ad tempus.
  - 85 Subsidium charitativum solvitur de pensione sicut ac beneficio.
  - 86 Seminarj taxa solvi debet ex fructibus non modo beneficiorum, sed etiam pensionum.
  - 87 Pensionarij tenentur ad Collectam per Clericos solvendam sicut ceteri beneficiati.
  - 88 Annata sicut solvitur de beneficij excedentibus viginti quatuor ducatos; ita hodie de pensionibus ultra summam ducatorum quatuordecim, & n. seq.
  - 89 Et in expeditione litterarum provisionis beneficij, super quo est pensio reservata, solvitur detracta pensione.
  - 90 Illegitimus sicut non est capax beneficij, ita nec pensionis sine dispensatione.
  - 91 Pensio extinguatur per professionem regularem pensionarij.
  - 92 Item pro contractu matrimonij.
  - 93 Et quid si pensio fuerit reservata laico de Ecclesia bene merito, aut pro servitio Ecclesie impensio, vel impendendo.
  - 94 Et quid si fuerit reservata Clerico pro temporali servitio.
- Et in gratia pensionis an fieri debeat mentio tan de beneficij, quam de alijs pensionibus ibidem vers. Sexto facti. & n. 116.
- 95 Pensionis fructus, sicut & beneficij licite veniunt, & locari possunt dummodo non advitam, vel ultra triennium sine autoritate Pape.
  - 96 Pensionarius sine beneplacito Apostolico non potest constituere pro pecunia procuratorem irrevocabilem ad fructus pensionis exigendos.
  - 97 Cancellaria habet pensionarios pro beneficiatis, & vult in litteris fieri mentionem de pensionibus, sicut de beneficij, & n. 132.
  - 98 Beneficium Ecclesiasticum ex sui natura debet esse perpetuum, & n. 118.
  - 99 Pensio non vacat, sed extinguatur morte pensionarij, sicut usus fructus morte usufructuarij.
  - 100 Beneficium requirit canonice erectionem, aliàs non est beneficium.
- Vicarius perpetuus constitui non potest sine erectione tituli Vicaria. ibidem.
- 101 Pensio Clerico assignari potest sine illa erectione, aut canonice institutione.
  - 102 Pensionarius non dicitur sponsus Ecclesie, nec ullum spirituale coniugium, vel quasi cum Ecclesia contrahit.
  - 103 Beneficiatus instituitur, & obligatur Ecclesie.
  - 104 Titulus, & beneficium pro eodem assignantur.
  - 105 Pensionarius non instituitur, nec ad residuum tenetur.
  - 106 Beneficium quamvis resignari non possit; pensio tamen potest extinguatur sine superioris autoritate.
  - 107 Diffinitio quid sit.
  - 108 Quiddam rei ostendit.
  - 109 Et differentie specierum non cognoscuntur nisi per distinctionem.
  - 110 Beneficium quid sit.

- 111 Nomen debet esse consequens rei.  
 112 Pensio ex sententia Rotæ est quoddam ius temporale, id est ad tempus separatum, & formale per se distinctum à beneficio.  
 113 Pensio in materia odiosa, & stricte intelligenda non venit beneficij appellatione.  
 114 Etiam si beneficium exprimat per dictionem universalem, quodcumque. Secus si materia sit favorabilis, ibid. & n. 117. 123. 124. 131. & 134.  
 115 Pensionem transferens aut redimens pro pecunia sine auctoritate Pape, quantum simoniam committat, non tamen incidit in excommunicationem Extrav. 2. de Simon.  
 116 Beneficium etiam manualium fieri debet mentio in litteris.  
 117 Pensio in materia favorabili venit beneficij Ecclesiastici appellatione non ex proprietate vocabuli, sed per interpretationem extensivam. & n. 129.  
 118 Beneficia manualia vere, & proprie non sunt beneficia.  
 119 Etiam si auctoritate Episcopi sint fundata.  
 120 Capellania si ex perpetua fiat amorabilis ad meritum, definit esse beneficium.  
 121 Clericus prima tonsuris, qui beneficium Ecclesiasticum à se possessum resignavit, reservata sibi pensione, an gaudeat privilegio fori, licet in habitu, & tonsura non incedat. & n. 127. & seqq.  
 122 Constitutio Clementis VII. ad mens in criminalibus privilegium fori Clericis domini Republice Venete refertur.  
 123 Clericus pensionem obtinens annuatim appellatone Clerici non beneficiati, de quo prædicta constitutio loquitur.  
 124 Regressus habens dicitur habere ius ad beneficium.  
 125 Constitutio exorbitans stricte intelligi debet ut minus latat ius commune quam fieri potest.  
 126 Fori privilegium Clericis indultum est de iure divino.  
 127 Pensionis ius ex declaratione Gregorii XIII. censetur beneficiati ad effectum gaudendi privilegio fori Ecclesiastici.  
 128 Homicida voluntarius, eiusve succus potest obtinere, & obtinens retinere pensiones absque dispensatione, non obstante cap. 7. sess. 14. Concilii Tridentini.  
 129 Episcopus non potest quemquam ad sacros Ordines promoveri ad ritulum pensionis, nisi pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum.  
 130 Pensio non est ritulus ad Ordines sacros, nisi dispensati-  
 131 Tonsura collatio facta ab Episcopo familiari suo trimen-  
 132 malis valida est, si statim ei reservata fuit pen-  
 133 sio.

**A**D AUDIENTIAM. il secundò Si habens litteras Papæ ad beneficium, eis propter annuam pensionem renunciat, non valent litteræ beneficiales per eum hoc tacite impetrata. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. In prima ponitur facti narratio, in secunda provisiò, ibi, fraternitati. Nota primò ibi, annuas pensiones, seu alia beneficia, appellatone beneficij non venire annuam pensionem, quæ reservatur super fructibus Ecclesie. Sed de hoc latissimè dicam infra in prima quaestione.

Secundò nota ibi, de illius mentione non habere, impetrantem teneri mentionem facere non tantum de beneficijs obtentis, ut in c. Postulasti, supra eod. sed etiam de litteris prius impetratis ad beneficium, etiam extinctis, erant enim hoc casu extincta per renunciationem. c. Sanè de renunc. & c. Cum pridem, de pact. Et tamen de illis oportuit fieri mentionem, ubi hic per Goffr. & Host. n. 4. in ver. Occasione, Cardinal. num. 2. in quarto notat. & Abb. num. 4. reddentes rationem, quia ex quo per litteras consequi poterat beneficium, & per eum fletit quominus consequeretur; perinde est ac si consequutus fuisset, ut in Reg. sexti. Cum per eum. Quoniam qui ad rem actionem habet, ipsam rem habere videtur, ut l. Qui actionem. ff. de regul. iur. & l. Nemo videtur. ff. De integ. restituit. Unde quasi beneficium habentes, aliud impetrare non possunt. Item secundum Abb. omne tacitum, quo expressio Princeps aut nullo modo, aut difficilius concessisset litteras, subreptionem inducit. c. Postulasti, supra eod. sed si Princeps scivisset impetrantem habuisse litteras, & eis renunciante, utique secundas non concessisset, saltem ita facile; præsertim cum vigore primarum obtinerent annuam pensionem. Hæc conclusio quod de litteris extinctis faciendæ sit mentio, non videtur vera, & contrarium in fortioribus terminis tenet Innocent. in c. In nostra num. 4. infra eod. Nam secundum eum, si Canonico postquam vigore litterarum receptus est ad vacaturam præbendam, impetravit litteras de beneficio vacante, mentione non habita de priori receptione, valent secundæ litteræ, si velit renunciare iure, quod habet ex prioris receptione. Quia, (inquit) non credimus hanc veritatem suppressam talem, qua expressa, litteras non habuisset, argum. c. Pastorali 7. q. 1. c. Cum secundum, infra de præben. & argum. c. Super litteris, supra eodem. Prætereà de beneficio resignato, quod plus est, non est faciendæ mentio in impetracione secundi beneficij. Et hoc servat curia. Ergo nec faciendæ est mentio de litteris ad vacaturam præbendam prius renunciatis, quod minus est, c. Quoniam de concess. præben. lib. 6. argum. c. Ex parte, tertio, infra de decim. & demum a priori sententia recedit Abb. in c. Pax, infra eod. sub num. 9. col. penult. vers. Credo etiam, ubi firmat de litteris prius pure renunciatis non esse opus mentionem facere in secundis, subdens hoc sensisse sibi Innocentium in fortioribus terminis. Nec secundum eum obstat hæc Decretalis, quia impetrans consequutus fuerat pensionem, vel aliud beneficium vigore primarum litterarum; idedque tenetur de illis mentionem facere, secus si nihil fuisset consecutus. Et ad hoc facit hic textus à contrario sensu, & sequitur Fel. hic num. 1. vers. Adde qua dixi, & in d. c. Postulasti, supra eod.

**T**ertid, nota duas differentias inter expectantem vigore mandati Apostolici de providendo, & intitulum in beneficio. Prima differentia est, quia expectans potest pro libito renunciare litteris impetratis, & earum commodo non solum expressè, ut hic patet, sed etiam tacite, ut in c. Veniens, & c. Sanè, infra de renunc. At verò intitulus non potest beneficio renunciare sine licentia superioris, c. Admonet, & c. Quod in dubijs, eod. tit. Abb. hic num. 3. Ratio differen-

tiz

tie est, quia inter beneficium, & Ecclesiam vinculum spirituale contrahitur, quod sine auctoritate superioris dissolvi non potest. c. Sicut in unaquaque. 21. q. 2. c. Inter corporalia. c. Quarto, & c. fm. de trans. Episc. & c. Nisi cum pridem, & Verum, ibi, non debes deserere sponsam tuam, cui desigendæ manum apud extraneam te fide media copulasti, de renunciat. At expectans nullo modo contrahit vinculum spirituale cum beneficio, quod expectat, nec habet ius in re, ut in capit. Quoniam, de concess. præben. libro 6. & fultus patebit infra num. 7. & sequentibus.

**A**ltera differentia est, quia expectans potest renunciare litteris Apostolicis pro pecunia, seu alia re temporali sine labe simonia, ut hic videtur probari, quia Pontifex non improbat annuam pensionem ab impetrante receptam. Et est ratio, quia per litteras ad beneficium obtinendum non dicitur quis consequi ius spirituale, ex quo adhuc non est receptus in Canonicum, nec dum beneficium est affectus. Et ita, licet vacillando, concludit glo. hic in ver. Renunciatis, quam dicit esse mirabilem Propter. num. 6. & nunquam oblivioni tradendam approb. illius auctoritatem. Idem videtur sentire Bald. num. 2. in ver. Beneficia litterarum. Nam, ut ipse ait, textus non dicit beneficium Ecclesiasticum, quia nondum illud erat adeptus, sed adepturus, quasi dicat renunciavit officio iudicis, quod oritur ex litteris obtentis super provisione; & ided non est simonia, quia ius spirituale nondum erat formatum, & infra nu. 7. concedit non committi Simoniam, si hoc fiat iusto, & auctoritate Episcopi, vel redimendo suam vexationem, argum. l. Furi. §. Qui iussu, & l. Quoniam, ff. de insan. At verò intitulus renunciatis beneficio pro pecunia, vel commodo temporali, absque dubio involuitur crimine Simonia, c. Cum pridem, & c. fm. infra de pact. glo. in ver. Dimittere, & DD. in c. Ex parte, il primo de offic. deleg. Abb. antiqui. hic num. 4. in ver. Renunciatis. Verum hanc potestioriè differentiam refellit Abb. Sicul. num. 6. vers. Sed contrarium videtur verum, quia impetrans est per litteras ad vacaturam non consequatur jus in re, imò nec jus ad rem; consequatur tamen quoddam jus preparatorium ad beneficium obtinendum, quod est spirituale, vel spirituali annexum, Exemplo presentationis, que est spirituali annexa, quia parat viam ad institutionem obtinendam, que est quid spirituale.

**T**u dic expectantem licet non consequatur jus in re, consequi tamen jus ad rem, ut est textus formalis in c. Quoniam ex constitutione de concess. præben. lib. 6. ibi, In quibus non esset quis ius in re, licet ad rem. Et in Extravagan. Joannis XXI. Sedes Apostolica, de offic. deleg. ibi, Jus ad rem expectantibus ante competens, & ibi glo. in ver. tus ad rem. Et Bald. hic num. 12. ubi dicit expectantem quanvis non habeat ius spirituale complete, habere tamen initiative. Quare si hinc iure pro commodo temporali renunciaret, procul dubio simoniam committeret. Et hoc contra glo. tenet expressè Innoc. nu. 1. Ait enim: Si pro pecunia, vel aliquo temporali renunciasset litteris, cum ex eis habeat jus ad petendum spirituale beneficium, esset simonia, arg. c. prox. supra eod. Et sequuntur totidem verbis Host. n. 3.

**I**n ver. Taliter venditas. Jo. Andr. nu. 10. & ple-

Prosp. Fagn. in 1. Decretal.

rique alij. Subdunt tamen Hostien. & Jo. Andr. esse simoniam si ex passione partium renunciatur litteris, & assignatur annua pensio; secus si pure fiat renunciatio ex officio superioris, vel amicis interventibus, & postea reservetur ei annua pensio, quia tunc non est simonia. Et ita intelligunt c. Simè. & c. Veniens, de renunciat. & c. Cum pridem, de pactu. Et consensit Bald. num. 12. qui explicans more suo mentem Innocentij, Aut renunciatio, inquit, esse facta causative, & est simonia; aut simpliciter, & non in fraudem; & non est simonia, sed est potius providentia æquitatis. Nam æquum est ex quo renunciat, ut fiat sibi aliqua recompensatio, argum. l. Selli lego. §. Consuluit. ff. De petit. heredit.

**C**æterum ut hæc transeat sine vitio, per superiores sunt explicanda, secundum Hostiensem.

**Q**uartò nota, ea quæ precipiuntur à jure, in pactum deduci posse etiam in spiritualibus absque vitio simonia. Quod optime probat hæc littera. Nam expectans de jure non poterat secundum beneficium adipisci, nisi prius renunciaret litteris. Unde prædicta renunciatio tanquam juri consentanea licite potuit in pactum deduci. Et secundum hoc expone verbum, venditas, id est tali pacto renunciatis. Ad idem c. Eleuterius, in princip. & in glo. 1. 18. q. 2. c. Contra mortem, c. distin. c. De Syria, 28. distin. & c. Significasti, in princip. & in glo. secunda infra de elect. & tenent hic glo. in ver. Nunciatis. Innocent. in princip. Host. num. 3. vers. Vel sic quod ex quo assignabatur. Jo. Andr. nu. 10. vers. Si vero beneficium,

**&** Felin. alios cumulans, num. 8. Quinidò ob hanc rationem secundum glo. Innocent. & alios præalleg. etiam si quis haberet beneficium, & vellet secundum obtinere, in pactionem potest deducere resignationem primi, quia ad hoc de jure tenetur, & tacite inest, cum non possit esse duplex, c. Cum non ignoras, & c. Cum iam dudum, de præben. cum suis concordant. At idem bonus textus in c. Ex parte, il secundo in princip. de Cler. non resident. ubi patet obligationem de faciendâ residentia, que de jure inest, posse in pactum deduci etiam in ipso actu allocationis beneficij. Per quem textum supra scriptam conclusionem firmat Gemin. in cons. 84. num. 14. vers.

**N**on obstat quod ista conditio. Ratio est secundum Anton. de Butr. in c. Cum M. de constitut. relatum hic à Felin. num. 8. quia propter cursus juris quandoque quid annectitur ad naturam alterius, ut in c. Cæterum, de iudic. cum similib.

**I**ntellige tamen conclusionem ut supra firmatam, dummodo id, quod deducitur in pactum, deducatur eo modo, quo de jure tacite inerat; secus si alio modo, quia esset simonia, puta si ex pacto eligatur sepultura in eo loco, in quo quis de jure alias sepeliri debebat, ut notat gl. in c. 1. in ver. Apud quos, & in ver. Facienda, de sepulch. lib. 6. quia cum jus sepulture concessum à jure non sit firmum, sed variabile, c. Cum liberum, de sepulch. expressio per pactum efficit ut hoc jus nunc inest alio modo, quàm prius inest, ut post Dominicum declarat hic Felin. num. 9.

**E**t idem dicendum esset, si quis ex pacto deduceret in obligationem civilem id, ad quod esset obligatus naturaliter tantum; hoc enim simoniacum esset, ut per Felin. hic num. 10. qui ad hoc

V 3

hoc



principale est validum, & sine vitio, licet accellforium non sit abque vitio, litteras autem contentiosas concludit non esse nullas, & nisi excipiatur de subreptione, per eas dari efficacem jurisdictionem. Hoc tamen intellige si littere sint subreptitiae, prout loquitur Bald. & alij praeelegati; secus si sint falsae, quia tales revera non sunt litterae, sicut falsus procurator, non est procurator; & ideo indistincte nullam conferunt jurisdictionem, imò sunt irritae ipso jure, ut determinat Innoc. *in d. c. super litteris, in gloss. incip. imò sine forsan, num. 6. vers. Sed quid si littere false dicuntur, cum vers. sequen. usque ad finem illius gloss. Latè Agid. Bellam. decis. 84. incip. Executoria, ubi in hac refert hanc distinctionem posuisse Cynum in l. Praescriptione, in quarta col. C. Si contra ius, & sequitur hic Felin. num. 21. vers. Fal sit seipmo. Et circa hanc declarationem vide quod de quodam Regulari, qui in Hispania litteras Apostolicas dispensationum matrimonialium falsificavit, plenè scripti in c. super eo, infra de crimine falsi.*

40 QUÆRO numquid annua pensio sit beneficium, & veniat beneficij appellatione.

41 Observandum est pro clariori solutione quaestionis proponitur duas esse species pensionum. Quaedam enim est pensio, quae assignatur in titulum beneficii Ecclesiastici, ut contingit cum Ecclesia redditibus abundat, & caret suffragio ministri, & auctoritate superioris statuitur ut ibi sit unum beneficium pro clerico, cui assignetur pensio, seu portio fructuum ejusdem Ecclesiae annuatim percipienda. In quibus terminis loquitur textus in c. Conquerente, infra de Cler. non resident. ubi ibi declarat Abb. num. 5. Nam super fructibus unius Ecclesiae constituitur potest certum beneficium assignando certam pensionem ex redivitibus Ecclesiae pro temporalitate beneficij noviter creati, ut idem colligit ex eo textu num. 1. in primo notab. dummodo id non fiat in fraudem, quo casu est locus prohibitioni Concilij generalis, de qua in c. Extirpanda, §. Qui verò, in fine. de preben. ubi Ne quis in fraudem de redivitibus Ecclesiae, quae curam habere debet proprij sacerdotis, pensionem alij quali pro beneficio conferre praesumat, ut silius explicat ipse Abb. eod. num. 5. Itaque cessante fraude super fructibus Ecclesiae potest constitui certa pensio nomine beneficij, ut in d. cap. Conquerente notat Anton. de Butr. in primo notab. Petr. de Anchar. num. 2. & Ioan. de Imol. in primo notab. ubi ex eo textu deducit super uno beneficio posse aliud beneficium creati, videlicet ut certa quantitas pecuniae annuatim pro alio beneficio percipiatur. Quod verum intelligit, si id fiat abque vitio simoniae, & abque scissura beneficij iusta causa suadente, secundum ea, quae habentur in c. Vacante, & c. Maioribus, de preben. & sequitur ibi Alexan. de Nevo in primo notab. n. 2. & 3.

44 Et de hac pensionis specie non ambigitur quin verè, & propriè sit beneficium Ecclesiasticum, ut probatur in praedicta Decretali Conquerente.

45 Nec refert quod appelletur pensio, quia non est vis in nomine, & cum sit titulus beneficij, distinctus sicut beneficium. Ita Cardin. in Clem. 1. §. Eadem, num. 4. vers. Sed quatenus est beneficium, de supplem. neglig. Praetor. Petr. de Anchar.

in c. 1. num. 5. vers. Si istius praedictae conditiones, de regul. iur. 6. Abb. conf. 47. incipiens. Illud de iure queritur, vers. Quartum consideratur, lib. 2. Cacciaj. de pensio. quest. 12. Gigas in eod. tract. q. 1. num. 1. & q. 28. num. 20. & quest. 99. num. 29. Redoan. de simon. secunda par. l. 14. num. 18. & Conar. pract. quest. 136. num. 10. vers. Quater quibus.

46 Et hinc fitur de pensione huiusmodi faciendi sit mentio in litteris, perinde ac de beneficio, ut notat Calder. conf. 30. incipiens. An si sacrificia in fine, vers. Nec obstant, de preben. Butr. in c. Postulasti, col. 1. num. 7. vers. Queritur aliquis, & ibi etiam Cardin. col. penult. vers. Secundo quero, & Imol. col. 2. vers. Potest queri supra eod. & Gigas de pensio. q. 67. num. 1.

47 Hinc etiam fit ut quemadmodum de beneficio Ecclesiastico provideri debet purè, & sine pacto, nec conditione, & non pro ullo commodo temporali, alias committeretur simonia, c. Quam pio, l. q. 2. c. fin. de preb. c. Consulere, de simon. Eodem modo simoniacum est pecuniam dare pro huiusmodi pensione obtinenda, ut concludit Abbas in praaleg. conf. 47. & Gigas de quest. 99. num. 23.

Hinc demum alia plura deduci possunt, de quibus plenè ibi per Gigantem a. l. usque ad num. 6.

48 Quaedam verò est pensio, quae simpliciter constituitur ad tempus super fructibus Ecclesiae, & alicui assignatur auctoritate Superioris. Quam Guil. de Monte Laud. & post eum Cardin. in d. Clem. 1. §. Eadem, num. 4. de supplem. neglig. Praet. sic diffiniunt, videlicet: Pensio est certa portio ex aliqua mensa, vel beneficio ex causa ad tempus, non in perpetuum separata, & sequitur ibidem Imol. col. 3. vers. Circa secundam partem, & Gigas d. q. 1. num. 1. Quae diffinitio secundum Cardin. convenit pensioi quatenus est commodum temporale tantum, & non quatenus est titulus beneficiis. Et dicitur pensio à pendo, quia pendet formaliter à beneficio à quo detrahitur, sicut usus fructus à proprietate, c. Fin. de pignor. c. Possessiones, 16. q. 1. c. Quicumque, 12. q. 2. & c. Quamvis, in primo de preben. lib. 6.

50 Et de hac secunda pensionis specie celebris est controversia inter Doctores, nam sit beneficium, & beneficij nomine intelligitur. Abbas. Antiqu. hic in princip. post Vincen. quem citat. per hanc Decretalem tenet eum, qui recipit annuam pensionem auctoritate Apostolica, non posse impetrare litteras ad beneficia, nisi de pensione speciale mentionem faciat. Quod etiam tenent Joan. And. num. 4. qui verbum, De illis, supplet, & de annua pensione per illos obventura, Abb. Sicul. num. 4. vers. Et dicit hic Jo. Andrez. & Felin. num. 1. in eod. versio. Rationem reddit Abbas Antiquus, quia nomine beneficij Ecclesiae continentur pensio, & nequid aliud percipitur ab Ecclesia, c. Exmultis, l. q. 3. c. Possessiones, 16. q. 1. Unde quemadmodum tenetur impetrans facere mentionem de beneficio, c. Postulasti supra eod. ita & de pensione. Et fuit sententia Innocentij in d. c. Postulasti, in fine, ait enim: Et quod dicit de Vicaria [id est ut de illa sit faciendum mentio in litteris] idem intellige si habeat aliquam possessionem ab Ecclesia, vel reditum,

ditum, vel pensionem, & allegat hanc decretalem. Verum citati Authores intelligi possunt de prima specie pensionis, quae assignatur in titulum beneficij. Et ita auctoritatem Innocentij intelligit Calder. d. conf. 30 in fine, dicens eam esse intelligendam de possessione, vel reditu, quae assignata fuerant loco beneficij, quod debebatur ratione litterarum, vel alias, & quod ita intellexerit Innocentius, probat haec decretalis, quam allegat, & aequiparatio Vicariae, quae datur in titulum, alioquin si intelligeretur de alia pensione, ut Calderin. inquit, non esset bene dictum. Et ita etiam potest intelligi Bald. hic in princip. dum ait pensio representat ipsum beneficium, argum. l. Final. ff. Mand.

53 Sed clare Andr. Barbata solus contra omnes, ut inquit Felin. hic in princip. vers. sed Andreas Siculus, tenet strictè & proprie loquendo appellatione beneficij venire etiam pensionem, eique subseribunt Paul. Roman. in tract. de pensio. c. 6. nu. 34. & c. 7. num. 16. & Andr. Garbara in tract. de offic. lega. lib. 6. à mon. 309.

Et primò arguit sic. Dicitio, alius, implicat similia, gloss. & Doctores in c. Sedes, supra eod. Sed dicitio, alius, hic ponitur inter pensiones, & beneficia. Ergo pensiones sunt beneficia.

Sed huic argumento responderetur negando consequentiam. Peccat enim in forma, & hoc tantum concludit, videlicet, Ergo pensiones sunt similes beneficijs. Et hoc modo concludendo, argumentum retorquetur. Nam si pensio est similis beneficijo, Ergo non est beneficium, quia nullum simile est idem, l. Quid Nervae, ff. De pos. & l. Actiois verbo, §. ff. De adim. & oblig. ubi glo. in ver. Obtinent. notat nihil esse id, cui idiplum simile est. Item aliud est esse tale, aliud haberi pro tali, ut notat Bartol. in l. Si Maritus, §. Legis, ff. De adulter.

Deinde responderi potest imò dictionem, alius, significare diversitatem, ut l. Si fugitivi, ubi textus cum gloss. C. De serv. fugit. §. Gallinarum, insin. de verum. divisi. & in proposito notat Bald. hic n. 2. Card. in 2. notab. n. 1. & Abb. in 1. not. Sed de hoc infra n. 65.

56 Tertio loco respondet Felin. hic, & Joan. de Selu. in tract. de benef. l. part. q. 3. majorem propositionem esse falsam, quod per alia iura est declaratum aliquid non esse simile, ut idem Felin. not. in d. c. Sedes, supra eodem. Et ita est in proposito per c. Quamvis, de preb. lib. 6. Secundo arguit sic. Subrogatum capit naturam ejus, cujus loco subrogatur, cap. Ecclesia il primo. Et sic. pend. cum similibus. Sed pensio subrogatur loco beneficij, Ergo est beneficium.

58 At similiter responderet negando consequentiam. Nam haec ratioconio concludit tantum ut pensio sapiat naturam beneficij, non autem ut sit beneficium, quoniam quod sapit naturam alterius, non est id cujus naturam sapit, ut probatur. in l. Non solum, ff. rem ratam habet, ubi stipulatio repraesentat actionem; & tamen non est actio. Et est simile in patrimonio, ad cujus titulum quis ordinatur, iuxta textum in c. Cum secundum, de preben. quod sapit naturam beneficij, & tamen non est beneficium, ut not. gl. 1. in c. Tus. eod. tit. quae ab omnibus approbatur, ut inquit Gigas de pensio. q. 28. n. 4. vers. Nam patrimonium. Et pater ex deceto Concilij Tri-

dentini c. 2. sess. 21. ubi beneficium, & patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, ponatur tanquam diversa.

Tertio denique arguit sic. De beneficio Ecclesiastico debet fieri mentio, c. Simora proprio de preb. lib. 6. Sed de pensione debet fieri mentio, ut hic. Ergo pensio est beneficium. Verum hic quoque malè ratioconatur Barbata. Nam ut argumentum concluderet, oporteret ut major propositio esset universalis affirmativa, videlicet: Omne id, de quo fieri debet mentio in litteris, est beneficium. Vel negativè concepta, id est in litteris non debet fieri mentio. Ergo pensio est beneficium. Sed arguendo hoc modo, major est falsa, tolle instantiam; etiam de praestimonijs fieri debet mentio, ut tradit Felin. in c. Postulasti, supra eodem. Imò & de patrimonio secundum Vincentium, & alios, sicut Innocentius, & communis contra. Et tamen nemo affirmat haec esse beneficia Ecclesiastica. Rursus fieri debet mentio in litteris de Hospitali, quod datur in titulum, secundum Cardin. in Clem. 2. nu. 2. in 10. quest. de offic. ordinar. & tamen Hospitalitale non est beneficium. Clem. Per litteras de preb. gloss. 2. in Clem. Si beneficiorum, & de cym. Undè non sequitur, De aliqua, re fieri debet mentio; Ergo illa res dicitur beneficium. Ita in effectu respondet Felin. hic, & Joan. de Selu. d. quest. 3. Verum huiusmodi instantiam non transcunt abque difficultate, quia multae tenent praestimonia, & praestimoniales portiones verè esse beneficia Ecclesiastica, per c. fin. de concess. preb. lib. 6. Inter quos Holt. in c. Postulasti, super eod. Oldrad. conf. 81. num. 2. & 3. & conf. 140. num. 1. 2. & 6. Abb. conf. 47. nu. 1. lib. 2. Mill. in repet. in ver. Beneficij appellatione continentur praestimonia. Rebuff. in practi. vir. Saeculare beneficium quatuorplex, num. 16. Navar. de oratione c. 21. num. 9. Et in universa Hispania observari ut praestimonia conferantur Clericis in titulum perpetui beneficij, taktantur Hoicida de incompat. benef. secunda part. cap. 8. num. 15. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloss. f. §. 2. & Garzias da benef. part. 1. c. 3. n. 118. Licet de jure contrarium teneant Joan. Andr. in d. c. Postulasti, n. 3. Gemin. in c. 1. n. 9. de rer. penur. lib. 6. & alij plures.

63 Similiter Hospitalia, quae dantur in titulum, sunt beneficia, ut in Clem. Quia contingit, §. Ve autem de relig. domib. Felin. in c. De quarta, num. 13. de praescrip. Undè an haec sint vera ut scilicet de praestimonijs, & hospitalibus sit faciendum mentio vide per Cardin. in d. Clem. 2. in 10. & 11. quest. de offic. ordinar. fortè melius responderi posset negando minorem. Imò enim de pensione, quae non datur in titulum beneficij, jure communi inspecto, non est faciendum mentio in litteris, ut tenet Card. in d. Clem. 2. qu. 9. & latius patebit infra num. 73. Nec obstat haec Decretalis, quia intelligi potest de pensione, quae in titulum assignatur, & sic primae speciei, secundum Cald. supradictum, n. 46.

Itaque, ut Felinus inquit, consilius fuisse huiusmodi argumenta non ponere sed teste Philolopho lib. De caelo. in fine, ad pauca resistentes facit enunciant. Undè præter Felin. & Joan. de Selu. hanc Siculam garulitatem redarguunt etiam Andr. Garbara in praemio sui





107 Sexto, quorum diversa est definitio, diversa quoque est substantia. Nam definitio teste Boetio, est oratio cuiusque rei substantiam demonstrans, ut refert gloss. in l. Omnis definitio, ff. de regul. iur. & quiddam rei ostendit, ut inquit Aret. in l. Moribus, col. 2. vers. Secundo nota argumentum, ff. de vulg. & pupill. Et differentia specierum non cognoscitur nisi per distinctionem. l. i. c. De iure emphyt. l. Questum, in princ. ff. de fundo instructo, & l. Si quis, s. Cum aurum, ff. de aur. & arg. legat. Ad hoc l. i. §. 1. ff. de dolo. Insuper, de tutel. in princ. & c. Cum causam, infr. de raptor. Sed distinctio pensionis, de qua supra nu. 42. multum differt à definitionibus beneficij Ecclesiastici, quas ponunt Jo. de Selua in tract. de benef. part. 1. quest. 1. Duaren. lib. 2. c. 4. Cora. part. 1. c. 2. num. 1. Card. Tolet. in Summa lib. 5. c. 76. Nauar. de redditib. Ecclesiast. quest. 1. num. 55. nu. 4. Moderni de re beneficiar. lib. 1. q. 3. nu. 1. & alij complures. Ergo necesse est aliud esse pensionem, & aliud beneficium Ecclesiasticum, & consequenter pensionem non venire beneficij Ecclesiastici appellatione, ad l. Stidem, c. de Codicill. Nam nomen debet esse consequens rei, Institut. de donat. §. Est & aliud, c. Si officia, 99. dist. Unde illud, Si re priveris, nec nomen habere mereris, l. fin. c. de sentent. ex parte, recitant. c. Cleros, & ibi Archid. 21. dist. & c. Non omnis, 2. q. 7.

108 Septimo, ut dixi Rot. decis. 425. part. 1. de versor. Pensio quamvis sit spiritali annexa; tamen est quoddam jus temporale, id est ad tempus separatum, & formale ac per se distinctum ab ipso beneficio.

109 Ultimo, alijs omissis, Pensiones nostri temporis non esse beneficia, nec proprie comprehendi sub nomine beneficij Ecclesiastici inde patet manifeste, quod in materia odiosa, & strictè intelligenda, appellatione beneficij nunquam venit pensio: textus est clarus in d. c. Quamvis, il primo de preben. lib. 6. & patet in questionibus sequentibus. Quod procedit etiam si beneficium exprimitur per dictionem universalem, quodcumque, ubi probatur in vers. Et idem, in fine, quod pluribus exornat Gigas de pension. q. 28. num. 16. Atqui si pensio esset verè, & proprie beneficium Ecclesiasticum, utique comprehenderetur appellatione beneficij etiam in materia odiosa, & strictè intelligenda, ut ostensum est supra num. 66. vers. Nec refragatur. Et hanc partem tenent communiter Doctores, concedunt enim pensionem esse proprie beneficium in eo tantum casu, in quo pensio assignatur in titulum beneficij, ut patet ex dictis supra num. 44. Et probatur per textum in Clem. 2. §. 1. iuncto §. Ceteri vero, in ver. Quodcumque, de vit. & honest. Clericor. Nam ibi Clericus contraveniens illi Constitutioni est suspensus à perceptione fructuum beneficij, quod obinet per sex menses, nec appellatione beneficij ibi venit pensio. Et in §. Ceteri, Sacerdotes, non beneficiati utentes virgata veste, dicit ibi tenent, redduntur inhabiles ad quodcumque beneficium Ecclesiasticum obtinendum, Glossa verò in d. ver. Quodcumque, dicit appellatione beneficij comprehendi pensionem, que in titulum datur. Ergo que non datur in titulum non comprehenditur. Et tamen hunc locum expendit Gigas de pension. quest. 94. num. 4.

Non obstant argumenta contraria. Nam ad primum, secundum, & tertium respondetur concedendo pensionem hodie non esse quid merè temporale, sed spiritali annexum, id est beneficium, & dari propter officium. Ideoque Simoniam committi in pensione sicut in beneficio. Sed hinc non sequitur ut pensio proprie sit beneficium. Quod inde apparet manifestè, quod pensionem transferens, aut redimens pro pecunia sine auctoritate Romani Pontificis, quamvis committat simoniacam pravitatem; tamen non incidit in excommunicationem latam in Extravag. secunda de Simon. quia ibi non excommunicatur nisi Simoniaci in ordine, & beneficium, secundum receptam sententiam, de qua testatur Nauar. dist. conf. 65. num. 1. vers. Secundo quod dicit postea de Simon.

Ad quartum, & quintum respondetur ex eo quod de pensione sicut de beneficio solvatur charitativum subsidium, collecta, vel taxa: & quod pensio sicut beneficium vacet per professionem, & matrimonium, hoc tantum inferri ut pensio in illis casibus sit similis beneficio, & eodem iure cum beneficio censatur, non autem ut sit beneficium. Quod inde etiam apparet, quia Hospitalia quoque, Confraternitates, & Collegia ad eujusmodi taxam tenentur, ut in d. c. 18. ff. §. 23. & tamen non sunt beneficia, ut superius tetigimus, num. 61.

Ad Sextum patet solutio ex responsione ad ultimum.

Ad Septimum itidem respondetur ex eo quod fructus pensionis sicut beneficij ad vitam vendi, aut locari nequeant, hoc tantum sequi ut eujusmodi fructus veniant appellatione rerum Ecclesiasticarum, non autem ut pensio sit beneficium.

Ad ultimum denique respondetur Cancellariam habere pensionem pro beneficio ad illum effectum tantum ut de pensione sicut de beneficio faciendū sit mentio in litteris, non autem generaliter, & indistinctè. Ratio autem cur in eo casu pensio regulatur instar beneficij, ea esse potest, quia Papa non ita de facili provideret eum, qui nihil haberet ex proveniendis Ecclesiasticis, arg. c. Postulasti, supra eodem. Ac propterea de pensionibus, sicut de titulis beneficiis oportet mentionem fieri, quemadmodum & de beneficiis manualibus, licet proprie non sint beneficia, ut patet infra num. 118. fieri debet mentio, ut notat Calder. conf. 9. de rescript. Ripa in c. Ad aures, num. 12. supra eod. Selua, de benef. tertie part. quest. 11. num. 8. Rebuff. de nomin. q. 9. nu. 27. & Rot. in causa Seguntina Theaurarie, 29 Aprilis 1596. coram Orano.

Demum argumenta omnia in contrarium adducta huc spectant ut pensio hodie in multis casibus reguletur instar beneficij, ubi scilicet id subdet subjecta materia, non autem, ut ex proprietate vocabuli comprehendantur appellatione beneficij Ecclesiastici.

110 Quomobrem concludendo, & opiniones conciliando videtur sic distinguendum. Aut referamur in materia odiosa, & strictè intelligenda; & procul dubio beneficij appellatione non venit pensio. Aut referamur in materia favorabili; & tunc pensio includitur appellatione beneficij non solum accipiendo nomen beneficij in genere prout est benevolactio tribuens gaudium capienti, (de hoc enim utrum esset dubitare

eum qualibet Principis liberalitas, seu gratia etiam prophana, & laicalis dicitur beneficium, ut donatio rei temporalis, c. Cum dilecti, infra de donat. Dixi in c. Olim deberetur, signifi.) sed etiam accipiendo nomen beneficij in specie pro beneficio spiritali, Ecclesiastico, ut per Gigant. q. 94. num. 3. vers. Imò largo modo pensio dici potest Ecclesiasticum beneficium. Pro qua distinctione induco textum in d. c. Quamvis, il primo de preben. lib. 6. Nam ibi deciditur in litteris ad beneficia pensionem non includi ob illam rationem, quod litteræ huiusmodi sunt ambitiosæ, & restringendæ. Ergo à contrario sensu si materia sit favorabilis, & latè interpretanda beneficij nomine venit etiam pensio. Idem non ex proprietate vocis, sed per interpretationem extensivam, ut per Gigant. quest. 98. num. 28. vers. Secundo limita, sicut in materia favorabili appellatione beneficij includuntur etiam beneficia manualia, que tamen verè, & proprie non sunt beneficia, ut tenent Staphil. de litteris gratia, non forma expectatar. num. 29. Gambar. de offic. leg. lib. 4. rub. 1. n. 1. Ludovic. Gomez, de expectativis, num. 94. Duaren. in tract. de benef. lib. 2. c. 4. ubi ait Prioratus, claustrales beneficij non annumerari, quia perpetui non sunt. Quintanauden. lib. 1. Ecclesiasticor. c. 3. num. 12. & Nauar. conf. 5. de preb. & conf. 8. num. 7. de inrepatr. dicens Capellaniam sic fundatam etiam auctoritate Episcopi non esse beneficium, & conf. 9. de offic. ordinar. & conf. 27. de preben. ubi ait Capellaniam definire esse beneficium si ex perpetua fiat ad nutum amovibilis. Et hanc distinctionem inter materiam odiosam, & favorabilem in proposito sapius probavit sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum. Quinimò & Gregor. XIII. ut patet infra num. 129. 121. & 134.

Secundo QUÆRO, utrum in decreto Concilii Trident. c. 6. §. 23. qua parte statuitur ut Clericus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus fori privilegio non gaudet, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, vel habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesie de mandato Episcopi inserviat, appellatione beneficij Ecclesiastici veniat pensio.

Hanc questionem format Hieronymus Gigas in tract. suo de pension. quest. 94. num. 8. in terminis constitutionis Celsentis VII. emanata ad instantiam Republicæ Venetæ infra scripti tenoris, videlicet: Statuimus & ordinamus quod de cætero post trimestre à die publicationis præsentium computandum tam conjugati, quam alii dicti domini Clerici etiam ad minores ordines promoti non beneficiati, nec in sacris Ordinibus constituti cuiuscunque Dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, privilegio Clericali in criminalibus dumtaxat gaudere nequeant. Sed tales clericali caractere insigniti, ac in minoribus ordinibus constituti non beneficiati, & alii, qui ætatis legitime ad Ordines sacros suscipiendos, si Ordinem sacrum non susceperint, delinquentes pro tempore per iudices saculares capi, inquiri, & juxta eorum demerita omnibus penis, quibus meri laici delinquentes de jure puniri deberent, liberè, & licitè puniri possint, nec se sub prætextu privilegij Clericalis tueri, & defendere, & ad Curiam Ecclesiasticam

123 recurrere valeant. Et dicit Gigas sapius se consultum fuisse an in prædicta constitutione appellatione Clerici non beneficiati veniret Clericus cui reservata fuit annua pensio super fructibus alicuius Ecclesiastici beneficij, & respondisse negativè, motus ex conclusione, quam superius firmaverat, quod in materia favorabili, qualis est hæc privilegij fori, appellatione Clerici beneficiati venit etiam Clericus, qui nullum possidet Ecclesiasticum beneficium, habet tamen, & percipit annuam pensionem sibi auctoritate Apostolica reservatam super fructibus alicujus Ecclesiastici beneficij, Mensæ, vel Dignitatis. Quod quidem responsum confirmat ea ratione, quia Clerico, cui pensio reservatur, ut plurimum datur in litteris reservationis pensionis regressus ad beneficium ob non solutionem pensionis, juxta stylum Curie, & propter huiusmodi regressum dicitur habere jus ad beneficium, allegat. Æneam de Falconib. in tract. suo de rescript. in 47. essendu. num. 10. & 11. licet hæc ratio non sit universalis, quia non comprehendit nisi Clericos, quibus reservatur beneficium, habet tamen, & percipit annuam pensionem ex causa resignationis beneficij; & hos non omnes, sed illos tantum quibus in litteris Apostolicis datur huiusmodi regressus. Præterea secundum Gigantem, cum antedicta constitutio exorbitet à jure communi, quippe quæ restringit privilegium fori Clericali à jure communi indultum, strictè intelligi debet ut minus lædat jus commune quam fieri possit, ut per Doctores in c. Causam, qua supra eodem. Imò secundum jus commune intelligi, & interpretari debet, ut notatur in l. Ex factio, in princ. ubi Imol. & Alex. ff. De vulg. & pupill. subf. Ac demum in exorbitantibus non fit extensio. c. Que à iure, de reg. iur. lib. 6. & notant gloss. & Doctores in l. Si constanter, in princ. ubi Alexand. ff. sol. matrim. Ergo verba illa, non beneficiati, in dicta constitutione intelligenda sunt de Clericis, qui non habent aliquod beneficium, neque Ecclesiasticum pensionem. Hæc autem præcipuè vendicant sibi locum in casu constitutionis prædictæ, quia privilegium Clericale est Clericis indultum de jure divino, ut est textus in c. Imperator. & ibi glossa in ver. Et dissentit, 96. dist. Calderin. in reposit. c. Perpendimus, de sentent. excomm. Cardin in Clem. 1. q. 1. de offic. ordinar. Abb. in c. Proposuit, col. 3. vers. Ex quo inferitur, de concess. preb. Præpos. in c. In istis, in fine 4. dist. & scripsi plenius in c. Ecclesia s. Marie, supra de constitut. Quomobrem ut minus lædat jus commune, in terminis constitutionis prædictæ Clericus pensionem habens beneficatus censeri debet. Eadem opinionem in terminis Concilii Tridentini tenet Salredo dicens ita fuisse in supremo Concilio judicatum, in practica criminali canonica c. 67. num. 10. Et quamvis in ultima editione anni 1594. affirmet Illustrissimos Cardinales sacra Congregationis contrarium judicasse, existimantes d. c. Concilii quoad privilegium fori non comprehendere Clericum, cui fuit reservata pensio in fructibus alicuius beneficij, prout testatur Flamin. Paris. de rescript. benefic. lib. 1. q. 10. in fine, & lib. 2. q. 15. num. 15. & Nicolaus Garzias de benef. par. prima. cap. 5. n. 70. Veritas tamen aliter se habet.

128 Nam dubitatum fuit à quodâ Clerico Veliterne

diceffis, qui erat clericus primæ tonsuræ, & beneficium Ecclesiasticum à se possessum, referata sibi pensione, resignaverat, an gauderet privilegio fori, licet in habitu, & tonsura non incederet; die sexta Decembris 1576. sacra Congregatio nihil decrevit: Nam primò aspectu videbantur oblatte verba Concilij, ibi, *beneficium Ecclesiasticum habeat*. Et sic re ipsa corpus beneficij; Pensio autem non est hujusmodi, quæ consistit in mera temporalitate. Item quamvis appellatione beneficij veniat pensio largo modo; tamen clarum est propriè non venire, c. *Quamvis, de preben. in c.* ubi si Pontifex mandat alicui provideri de beneficio, non potest dari pensio nisi expressè fiat mentio pensionis in litteris. *Staphil de litteris gratis. quest. 28. c. 6. c. Ad auditoriam, de rescriptis.* ubi omnes, excepto Barbata, dicunt pensionem strictè non venire appellatione beneficij, in materia favorabili venire: sed non est favor ut gaudeat in habitu, & tonsura non incedens. Ultimò, Concilium non intellexit appellatione beneficij venire pensionem, ut in c. 2. *sess. 21. c. 18. sess. 23. c. 15. sess. 25.* tamen quia in terminis adest decisio Gigan. *qu. 94.* quæ in praxi observatur Neapoli, Venetijs, & alibi, & in dubio judicandum pro foro Ecclesiastico, censuerunt Patres amplius deliberandum, die 13. Decembris 1576. sacra Congregatio prævidit aliquas difficultates futuras in decisione hujus questionis; quia jure veteri, & verbis c. *6. sess. 23.* & solito modo loquendi Concilij non videtur Pensionarius comprehendi appellatione habentis beneficium. Quia tamen consuetudo & Venetijs, & Neapoli stat pro pensionario, juxta decisionem Gigantis, licet quoad consuetudinem ea Romæ non probetur, nec in statu Ecclesiastico, & consuetudo unius loci ad alium non extendatur: sacra Congregatio censuit non expedire decidere istum casum, sed ad Sanctissimum remittere decidendum.

131 Sanctissimus audita relatione Congregationis, die 18. Decembris 1576. declaravit Pensionarium conferri beneficium ad effectum gaudendi privilegio fori Ecclesiastici, de quo Consilium loquitur. Idque duabus rationibus. Primò, quia Cancellaria habet Pensionarium pro beneficio, ideo vult exprimi in Bullis pensiones sicut beneficia. Secundo quia Pius V. Bulla sua coëgit pensionarium ad dicendum officium, saltem Beatæ Mariæ.

Vnde postea sacra Congregatio consultâ, An clericus primæ tonsuræ, qui in habitu incedit, habetque tanquam clericus pensionem, sed non beneficium, nec Ecclesiæ iussu Episcopi deseruit gaudeat privilegio fori: Censuit gaudere ad instar obtinentis beneficium. An autem præallegatum Concilij decretum in c. *6. sess. 23. in princip.* ubi statuit ut nullus ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere, appellatione beneficij comprehendat pensionem, dixit in *c. cum in cano. num. 102. infra de elect.*

132 Teriò QUERO, An homicida voluntarius, reclusus locus possit obtinere, & obtentas recedere pensiones absque dispensatione, non obstante *cap. 7. sess. 14.* quod de beneficijs tantum loquidetur.

Die 11. Julij 1577. proposito hoc dubio Congregatio generalis omnium sententijs censuit

d. c. 7. non comprehendi pensiones, tamen faciendum verbum cum Sanctissimo, & in memoriam revocandum quod Cancellaria in Bullis dicit cum retentione quorumcumque beneficiorum alias comparabilium, & pensionum. Referentibus die 19. Julij 1577. Cardinalibus Morono, & Alciato sanctitas sua non habuit pro bono argumento quod Cancellaria ita exprimat; id enim sit ad majorem declarationem. Tamen dixit in materia favorabili, ut illa privilegij fori, appellatione beneficij venire pensionem. *Dic. Augusti 1577.* Congregatio generalis cum hæc essent relata, dixit servandum esse hanc distinctionem, & ita referendum.

133 Quarto QUERO, An Clericus possit ab Episcopo sacris Ordinibus initiari ad titulum annuæ pensionis, sicut potest ad titulum beneficij Ecclesiastici.

Solutio; Si agatur de pensione, quæ assignatur in titulum beneficij, & sic primæ speciei, de qua egimus supra in *prima quest. num. 41.* extra dubium est ad illius titulum posse Clericum promoveri, quia talis pensio est verè, & proprie beneficium Ecclesiasticum ut illic firmavimus. Sed si agatur de pensione secundæ speciei, quæ in stipendium assignatur ad tempus super fructibus alicujus Ecclesiæ, dicendum est Episcopum non posse ad titulum talis pensionis quemquam promoveri, nisi cum modum, quo potest Clericos ordinare ad titulum patrimonij, id est pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ. Ita expressè statutur decreto Concilij Tridentini in c. 2. *sess. 27. ibi;* [Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint nisi illi, quos Episcopus judicaverit alicuiusmodi pro necessitate, vel comoditate Ecclesiarum suarum,] & advertit Navarr. *conf. 14. incipien. Quæritum est, num. 2. vers. Tam quia Concilium, de tempor. ordin.* Unde sacra Congregatio iam pridem respondit pensionem non esse titulum ad sacros Ordines nisi dispensativè. Sed & jure communi inspecto, quamvis pensio assignata sit Clerico pro titulo recipientorum Ordinum; non tamen censetur titulus beneficalis, de quo in *c. Tus. de preben. ut tradit Gigas de pension. q. 33. in princip.* Cæterum subsistente causa necessitatis, vel utilitatis Ecclesiæ, etsi Clericus possit ordinari ad titulum pensionis, tamen cogi non potest ad Ordines suscipiendos, quia in *c. Queris, infra de exat. & qualis.* ubi Clerici beneficiati ex causa necessitatis, vel utilitatis compelluntur recipere Ordines suis beneficijs non annexos, appellatione beneficij non venit pensio, ut ibi dixi *num. 28.*

137 Ultimò QUERO, an in decreto Concilij Tridentini c. 9. ibi, & beneficium statim re ipsa illi conferat, *sess. 23.* appellatione beneficij veniat pensio.

coringit hic casus in Episcopo Brevensi, qui ut suum familiarem decennale ad pensionem obtinendam capacem redderet, primam tonsuram eidem contulit absque litteris dimissorialibus Patriarchæ Venetianum, subsequente statim dictæ pensionis reservatione. Et cum dubitaretur an valida esset tonsuræ collatio, sacra Congregatio censuit tonsuram collatam ab Episcopo familiari suo decenniali validâ esse si statim ei reservata fuit pensio. Itaque appellatione bene-

beneficij, de quo loquitur, d. c. 9. *sess. 23.* cum materia illa sit favorabilis, ex sententia sacre Congregationis comprehenditur etiam pensio.

## DE RESCRIPTIS.

## Cap. Edoceri.

## SUMMARIUM.

**A**bbas in causa monasterij convenitur per rescriptum, in quo nulla sit mentio de conventu, nec propter hoc appellari potest, nisi Abbatis, & conventus bona essent distincta unum.

**M**ensa conventuali instituenda est, distincta, & separata ab Abbatis in omnibus monasterijs commendatis.

**M**ensa Abbatis ad conventuali separari non debet in monasterijs, quæ dantur in titulum.

**C**om mendatarij monasteriorum an possint se immisceri in his, quæ concernunt regularia instituta.

**E**DOCERI. In causa monasterij convenitur Abbas per rescriptum, in quo nulla sit mentio de conventu, nec propter hoc appellari potest, nisi Abbatis, & conventus bona essent distincta omnino. Hoc dicit Abbas Siculus, communis divisio. Secunda ibi, *super quo.* Et primò ponit duas questiones, Secunda ibi, *ac licet.* Item pars secunda duo facit. Primò, solvit illas duas questiones, & causam reddit. Secundo expiendò declarat solutionem, ibi, *nisi forte.* Joan. Andr.

In textu ibi, *Abbatis, & conventus negotia essent omnino discreta.* Notam monasterio aliquando mensam Abbatialem esse distinctam à mensa conventuali. Quod si querat an expediat hanc distinctionem inducere, aut approbare conventiones, seu concordias eam inducentes, sic distinguat; Aut monasterium est commendatum, & servanda est dispositio Bullæ 18. Gregorij XIII. Superna, s. 9. in Bullar. tom. 2. pag. 381. qua decernitur, ut in omnibus monasterijs, quæ commendata reperiantur, & in posterum commendabuntur, etiam S. R. E. Cardinalibus, ubi non fuerit, instituat mensa conventuali ab Abbatialem distincta, & separata, ut ibi plenius videre est. Et quamvis Bulla loquatur tantum de monasterijs ordinis Cisterciensis: tamen convenies est ut servetur etiam in alijs ordinibus Monachorum. Ratio, est quia cum commendatarij sint Clerici seculares, non decet, ut sint cum Regibus commixti, nemo enim potest Ecclesiasticis officijs simul, & monachali regulæ deservire. C. *Nemo 16. quest. 1.* & sicut dicitur in Concilio Hispanensi, in uno, & eodem officio non debet esse dispar professio, dicente Moysse, Non arabis in boue simul, & asino, id est homines diversæ professionis in unum non lociabis; nam coherere, & conjungi non possunt, quibus vota, & studia sunt diversa c. *In nova 16. q. 7.* & dispar es mores, [inquit Tullius de Amicitia] disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo

Prosp. Fagn. in 1. Decretal.

do dissociat amicitias. Unde & de jure communi si non professus eligatur ad regimen Ecclesiæ regularis, cassatur electio, consuetudine in contrarium non obstante, ut est casus in *c. cum casum, de elect. & decreto Concilij Trident. sess. 14. cap. 10.* Statuitur, ut regularia beneficia in titulum regularibus provideri consueverunt conferantur tantum Religiosis illius ordinis, ne vestem lino, lanæque contextam induant, & in c. 21. *sess. 25. de Regular.* disponitur ut monasteria commendata, quæ imposterum vacabunt, non nisi Regularibus spectatæ virtutis & sanctitatis conferantur. Non ergò videtur decens esse, ut clericus secularis, cum Monachis conjungatur, & communi mensa utatur cum eis.

Aut monasterium non datur in commendam, sed in titulum; & hoc casu separatio mensæ Abbatialis à conventuali fieri non debet, quia est contra Regulam S. Benedicti, secundum quam inter Abbatem, & Monachos omnia sunt communia, & in dispositione Abbatis cuncta sunt posita, ut in *c. Cum ad monasterium, s. Abbas de stat. monachor.* Item Abbas, & Monachi constitunt unum corpus, cujus Abbas est caput, Monachi verò membra ut hic patet & 18. *qu. 22. per tot. colleg. Paduan. cons. 2. num. 25. & seq.* post Concilia Cardinalis Zabarella. Non licet autem à capite membra recedere, *cap. non decet, 12. dist. cap. cum non liceat de prescrip. cap. Novit, & ibi gloss. in verb. Non decet, de his que sunt à Prelato.* Quamobrem jure optimo in casibus contingentibus sacra congregatio rerum Consistorialium sæpius improbat conventiones pro separatione mensæ Abbatialis à conventuali, & in specie in causa Cracoviens. transactionis, seu separationis mensæ inter Abbatem, & monachos monasterij Capriuncien. ordinis Cisterciens. 16. Maij 1652.

Extra QUERO, an commendatarij monasteriorum possint se immiscere in his, quæ concernunt Regularia instituta. Solutio patet ex litteris in forma Brevis fel. rec. Innocentis X, quarum tenor talis est, videlicet.

## INNOCENTIVS PAPA X.

## Ad futuram rei memoriam.

**P**ASTORALIS Officij nobis divinitus commissi partes esse cognoscimus, ut Religiosorum virorum in humilitate spiritus sub sacri Religiosis iugo Altissimi obsequij manipularum commoda, & felici directione intendentes, illos à dispensijs quibuslibet quantum nobis ex alio conceditur, afferamus. Sane pro parte dilecti filij Claudij Abbatis generalis Ordinis Cisterciens. per eius procuratorem nobis nuper expositum fuit, quod licet peculiaris Ordinis prædicti privilegia à quampurimis Romanis Pontificibus, & signantur à Fel. rec. Pio II. Sixto V. Innocentio VIII. Pio IV. Pio V. & Greg. VIII. prædecessoribus nostris concessa, & confirmata respectivè disponant ac declarent, quod commendatarij monasteria d. Ordinis in commendam obtinentes nullam in monasteria sibi commendata quoad eorum monachos invasionem exercere aut, sed visitato ad Abbatem Cisterci, & quantum primores quemlibet in sua generatione iuxta ser-